Argentum vivum est mater omnium metallorum.

OCcidit Chymicos vivum hoc, dum manè peti-
Sulphur vel Stygias cogit adire domos. (tum
Stringite Mercurium vestrum gens Cryptica: nullos
Si gignat nummos ille, metalla parit.
Mercurium antiqui (nec falsa est fabula) vates
Dixerunt ad se ducere posse viros.
Migrante in pretium Divo, aut in dura metalla,
Aut auro ducat fortè, vel ære trahat.
Mercurio natas Hecate est enixa, superno
Et Dea congressa est (creditis?) ima Deo:
Nimirum cæci sub viscera furva Barathri
Sulphure sese agilis miscuit ille Deus.
Quidni Hecaten Sulphur, nec falso nomine, dicam,
Dum tenet in Stygio maxima regna foro?
Credibile est omne hinc generari posse metallum;
Stirpe & multiplici claruit indè Deus.
Si neget hoc quisquam, fulvo experiatur in auro,
Inveniétque novam fabula prisca fidem.
Namque hoc, ni caveat, celeri volat ocyùs Euro,
Et documenta citò quæ sit origo dabit.
Hinc alas humeris, pedibus, capitíque Poëtæ
Affingunt: tacitè dum manet ille, fugit.
Néve Solœcismum, quòd Matrem, diximus: adsit
Hermes, prævaricans *Hermaphroditus* abit.

ERGO

Qui negat argentum vivum matrem esse metalli,
Argentum quid sit nescit ille merum.

Organum Aristotelicum perfectius est Baconiano.

QUid velis tumidam fert pagina [illegible]ma *carinam? *Ἐμβλη-
Quàm metuo nè non Classicus author eris! μα περὶ πνευ-
Parvas magne tuas quid pingis Baco * columnas? λον Instau-
Quid fallax * titulos jactitat unda sacros? rationis
Hæc quæ tu deserta vocas, mihi patria: mappa Magnæ.
Fortè nova, & vetulis nomina ficta locis.
Hàc censor Juvenis Pellæi transit, & urget
Plus Cymbâ rapidas quàm tua Classis aquas.
Sed si fata darent semper reparabile stamen,
Jura daret studiis ars tua *longa* meis:
Immortale crepet vegeti modò vena metalli,
Jura daret studiis ars tua *cara* meis:
Si nullum proavi sentirem vulnus Adami,
Jura daret studiis ars tua *magna* meis:
At genus humanum lapsum, pauper, brevis ævi,
Artes non patimur, Magne Bacone, tuas.

ERGO

Puppim siste tuam, Verulamî, charior illa
Merx quam prora mihi portat Aristotelis.

BIBLIOTHECA · BODLEIANA

Fra Bossius comitivus
Mr Rich Thom procur Modena Mr Ruby Tem Soll
Mr Rolls Mag Opp
Mr Fallor Cay
Fra Comitis
Mr Mich Tem Proctor:
Mr Bordmans Tem Sonr: Hrahor
Mr Ruby Tem Soll
Shute Chris: